

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Prelacio g cum uariis

Honor et sublimitas episcopalis nullis poterit comparacionibus adequari. Si regum fulgori compares et principum dyademati, longe erit inferius quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares, quippe cum uideas regum colla et principum submitti genibus sacerdotum, et deosculata eorum dextra, oracionibus eorum se credent communiri.

Ambrosius in suo pastoralis.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

poterit] poteris B; erit] id *add.* V² L¹ L²; fulgorem compares] qui *add.* M; credent] credunt P V¹ V² L¹ L²; communiri] commumiri (*cor. sub lin.*) C